



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

XXVIII. Fehdebrief des Königs Christian von Dänemark an den König Georg Podiebrad von Böhmen, aus Anlaß der Händel desselben mit dem Markgrafen Friedrich von Brandenburg, vom 1. December 1461.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

XXVIII. Fehdebrief des Königs Christian von Dänemark an den König Georg Podiebrad von Böhmen, aus Anlaß der Händel desselben mit dem Markgrafen Friedrich von Brandenburg, vom 1. December 1461.

Cristiernus, dei gracia Dacie, Suecie, Norwegie Slauorumque rex, Slewickzenfis dux, holfacie, Stormarie, In oldenburg et delmenhorst Comes, Serenissimo principi Georgio, Regi bohemie. Intellectis rumoribus nouitatum, que ad nos nuper delate sunt, execrabilis sedicionis et famati flagicii, quas ambicionis spiritus omni paci aduersus conflauit, et eiecto debito caritatis vinculo, quod merito rex diademate circumcinctus In principem sibi fratrem Sacri Imperii coelectorem pre ceteris, ut veterum referunt annualia<sup>1)</sup>, habeat amplecti, e mestissimo animo vrgebamur, Quod id, quod barbarice Impietati usque licuit, Nouissimo hoc euo nostro cristianos non pudeat. Quid dixerimus, Quod rex catholicus pretenfus, sacro diademate insignitus in exemplar multorum detestabile (sic) huius facinoris patratore existat. Quo autem fato, quo quidem omne (sic) hoc euo uidere videmur ingentes ingruere clades, et a fine in finem guerras et discordias inualefcere, vt non satis cristianis principibus et populis oneris sit, quod a barbaris viteque nostre hostibus vastitate horribili sustinemus. Sed flebilis vndequeque (sic) accedit ambicionis vorago, que facile ad omnium statuum penethalia blando et perseueranti uolitat famulatu, et tamquam erugo et tinea hominum conscienciis (sic) rapidis moribus, postquam ad factum<sup>2)</sup> dominandi deserpit, dilacerat, Vnde compactantur fomenta litium, guerrarum suscitantur amfractus, Et quatenus nulla tellus immunis remaneat, Jaculis pestifere seueritatis confundit. Cum ergo celsitudinem illustrem<sup>3)</sup> principem fridericum marchionem brandeburgensem, Sacri romani Imperii eciam electorem etc., Socrum nostrum carissimum, contra deum et iusticiam inuehere proponentem conspicimus, Qui in huiusmodi casu nos sue iusticie et tocius interesse iudicem constituit, Cui ex eo indissolubili federe In iusticia sua huiusmodi et quacumque alia assistere astringimur, Ipsaque vestra celsitudo in . . . . .<sup>4)</sup> litterarum suarum diffidatoriarum eidem marchioni per uos transmissarum in eiusdem marchionis enervationem, quam deus singula<sup>5)</sup> disponere habeat, Machinetur, Serenitatem vestram affectuose obsecramus, quatinus ab inceptis contra prefatum Illustrem principem Socrum nostrum carissimum, sibi subditos et adherentes, vna cum vestris subditis adstatim resilire uelitis realiter et cum effectu. Quod si, quod deus auertat, in eam peruersam sententiam perseuerandam<sup>6)</sup> duxeritis, Nos cristiernus, rex antedictus, licet Inuiti, ad tutelam orthodoxe fidei, quam alias verifimiliter periculum formidabile multimode incurrere timeamus<sup>7)</sup>, Juxta uota et iuramenta nostra in regnorum nostrorum coronacionibus prestita, Et ad huiusmodi marchionis et suorum reuelacionem<sup>8)</sup> attento federe antedicto merito obligamur. Ad ipsius illustri principis domini friderici marchionis, electoris, Socris nostri carissimi et suorum effectuale Intendentes succursum . . . . . armis et viribus nostris et nostrorum quorumque<sup>9)</sup> et nobis in hac parte quomodolibet adherere volencium, Vos georgium, assertum regem bohemie, uasallos, subditos temporales, Ciuitates, omnesque ipsi domino marchioni socio nostro rebelles et uobis in ea parte adherentes, fauentes et assistentes, personasque et bona tam uestra quam ipsorum diffidamus, inimicicias mittimus et nuntiamus, tam pro uobis quam pro uestris complicitibus, adherentibus, assistentibus et adherere uolentibus quibuscumque, Quatinus per tenorem prefencium, donec ab huiusmodi malo proposito deseritis, offensiones et inimicicias nostras formidetis. Datum in castro nostro Gottorp ducatus nostri



Slewiczenfis, ipsa die martis proxima post festum andree apostoli, Anno domini MCCCCLX primo, nostro sub regali Secretario.

Nach einer Abschrift im Cod. mscr. lat. No. 215 zu München.

1) So steht für annales da. — 2) Es ist wohl fastigium zu lesen und vorher conscientias. — 3) Statt dieses Wortes ist ohne Zweifel uestram zu lesen, oder vor ihm ausgefallen, was ich weit eher glaube. Ueber alle diese Kriegeshändel, welche dem Frieden zu Guben vom 30. Juni 1462 vorhergingen, ist Stenzel in der Gesch. des Preuß. Staates I, 226 über alle Maßen dürftig. — 4) Das hier ausgelassene Wort ist vermuthlich contentu (=tenore) zu lesen. — 5) Vielleicht ist singulariter zu corrigiren. — 6) Lies: in ea peruersa sententia<sup>3</sup> perseuerandum. — 7) Lies: timemus. — 8) Es muß relationem gelesen werden. — 9) Lies: quorumcumque.

XXIX. König Christian von Dänemark schreibt dem Könige Georg Podiebrad von Böhmen, daß er auf die vom Edlen Zdenko von Sternberg erhaltene Herausforderung, sich auf der Mitte Weges zwischen seinen Reichen und dem Reiche Böhmen zum Streite zu stellen, dem Markgrafen Friedrich von Brandenburg die entsprechenden Aufträge und Vollmachten erteilt habe, am 2. Januar 1462.

Cristiernus, dei gratia Regnorum Dacie, Swecie, Norwegie, Slauorum gottorumque rex, Slewicenfis dux, hollacie, Stormarie, In oldenburg et delmenhorst Comes, Serenissimo principi Georgio regi bohemie. Presentatis nouissime per fidelem nostrum familiarem halfo qweis nobili zdencko de sternberg nostris Regalibus diffidatoris in vos Et vestros subditos vniuersos apicibus, Qui post earundem receptionem eidem familiari nostro, circumstante sibi hominum copia numerosa, prout familiaris nostri antedicti relatu didicimus, nobis iniunxit referendum, Quod inquantum nos ad medietatem distancie hincinde regnorum ad bella ineunda constitui audeamus, vos et ille ex aduerso ad perficiendum huiusmodi velitis vos reddere obligatos. Quamquam intentionis nostre series ex nostris regalibus diffidatoris apicibus maturo consilio compilatis patula luce refulget intuenti, quam suadentibus nobis a gentilitatis latebris diuorum dacie, Swecie, norwegie etc. progenitorum nostrorum vestigiis, cum gloriosius foret, rem non incipere, quam a deliberalitate<sup>1)</sup> inceptis turpiter resilire, nequaquam nisi ad nutum illustris et magnifici principis domini friderici, Marchionis brandenburgerfis, sacri Romani imperii principis electoris etc., Soeri nostri carissimi, inmutare intendimus, Nichilominus tamen, ne hec silencio, que Jocundo balatu<sup>2)</sup> digna recensemus, committere<sup>3)</sup> videamur, prefato illustri et magnifico principi domino friderico, Marchioni brandenburgerfi, Socro nostro carissimo, aput quem in hac parte nostra residet facultas, super inde nostre intentionis seriem vobis nostra pro parte commisimus referendum, Cui In hac vice nostro nomine in dicendis et referendis credencie adhibere possitis plenam et integram fidem. Datum in castro nostro Gottorp, die II. mensis Januarii, Anno LXII<sup>o</sup>, nostro regali sub sigillo.

Nach einer Abschrift im Cod. mscr. lat. No. 215 zu München.

1) Das gleichzeitige Schreiben an den von Sternberg hat deliberate. — 2) In dem gleichzeitigen andern Schreiben steht dafür unrichtig relatu. Das Wort balatus findet sich zwar nicht bei Dufresne, ist aber offenbar gleichbedeutig mit balatio oder ballatio (von balare oder ballare) Tanz. Es wird hier in Bezug auf das engagirte Duell studentisch renommirt. — 3) Lies: omittere.